




In obitum praematurum Mariolae Et Sigismunduli ... Viri,
Dn. Matthiae Bobrowicii, S. Caes. Regiaeq[ue]
Maiestatis Tricesimae apud Caismarceses Perceptoris
fidelißimi liberorum dulcißimorum: suorum vero
Amitinorum suavißimorum: alterius die 31. Iulii, alterius
4. Augusti, Anno M.D.CIII. pie denatorum Lachrimae.
Johannis Crausii ...

Vollständiger

Titel:	In obitum praematurum Mariolae Et Sigismunduli ... Viri, Dn. Matthiae Bobrowicii, S. Caes. Regiaeq[ue] Maiestatis Tricesimae apud Caismarceses Perceptoris fidelißimi liberorum dulcißimorum: suorum vero Amitinorum suavißimorum: alterius die 31. Iulii, alterius 4. Augusti, Anno M.D.CIII. pie denatorum Lachrimae. Johannis Crausii ...: quibus obiter admixta est gratulatio ob Georgium Bobrowicium eodem anno paulo ante natum
PPN:	PPN769178219
PURL:	http://resolver.staatsbibliothek-berlin.de/SBB0000F9360000000
Erscheinungsjahr:	1604
Signatur:	38 in: Ah 10940
Kategorie(n):	Historische Drucke, Allgemeines / Wissenschaftskunde / Literaturgeschichte
Projekt:	Preußen 17 digital - Digitalisierung des im VD 17 nachgewiesenen Bestandes preußischer Drucke der Staatsbibliothek zu Berlin
Strukturtyp:	Monografie
Seiten (gesamt):	25
Seiten (ausgewählt):	1-25
Lizenz:	Public Domain Mark 1.0




Ah 10940: S16

Nur f. LS u. A.

80

~~80~~




18
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.

Vol. misc.: Frankfurter akademische Gelegenheits-
Schriften 1580-1606. 54 Nummern.

1. Weinrich, Car.: Thema Politicum. Francof. a. O. 1605.
2. Concilium Regis Latini ex XI. Aeneidos. ib. 1605.
3. Schosser, Frdr. & Mummer, Ad.: Quaestio num Astrologi essent dicendi fortes. ib. ca. 1600.
4. Crugerius, Paner.: Oratio... matrimonio... Frederici Ducis Silesii. ib. 1589.
5. Eryquias In Joanni. Minori. ib. 1605.
6. Trygophorus, Caleb: Post... funus... Mart. Weinrichii... Orat. ib. 1606.
7. Neander, Chph.: Oratiuncula In fun... Hevulae... Pelazgi. ib. 1600.
8. " " " " Jo. Wolf I. ib. 1605.
9. Trygophorus, Cal.: " " Ad. Menzelii. ib. 1605.
10. Wirben, Hincò à: Ad colonendas exequias... Elisabethae... Setser... invitat. ib. 1606.
11. Neander, Chph.: Ad funus Jo. Viriani invitat. ib. 1606.
12. Maltzan, Ge. v.: Ad exsequias... Ad. Menzel... invitat. ib. 1605.
13. Ebert, Jac.: Ad funus... Churq. Vogleriae... invitat. ib. 1605.
14. Schenck v. Landsberg, Joh. Otto: Progr... Memoriae... M. Wolfraasii. ib. 1604.
15. Maltzan, Ge. v.: Ad Paschatos... celebrationem... invitat. ib. 1605.
16. Schosser, Joh.: Philos. cand^{us} ad petendos honores philos. invitat. ib. 1605.
17. Ebert, Jac.: Ad... exequias... H. de Stralendorff... invitat. ib. 1605.
18. " : Ad funus... Valent... Pistorii... invitat. ib. 1605.
19. " : Ad exequias... Cathar. Cnospeliae... inv. ib. 1605.
20. " : Ad festivitatem... in qua... M. Benckendorffus... Chph. Henschero... Summos in U. J. honores... conferet... inv. ib. 1605.
21. Neander, Chph.: Ad exequias... Mart. Weinrich... inv. ib. 1606.
22. " : Ad... Pentecostes... celebrationem... inv. ib. 1606.
23. " : Ad exequias... Annae (Wenecl)... inv. ib. 1606.
24. " : Ad justa funeris... Esaiiae Appol... inv. ib. 1606.

25. Arnold, Balth.: Carmen... de... redemptoris Nostri... natiuitate.
Francof. 1605 od. 1606.
26. Falkenhain, Joh.: Meditatio de spiritu sancto. Gorlic. 1604.
27. Schwartz, Joh.: Eleg. Carmen ad Jesu Chr. ... cunas. ib. 1603.
28. Falkenhain, Joh.: Πρόλογος de nato Christo. ib. 1603.
29. Joanni Schossero... Festivam noninis solennitatem... indicunt
... Commensales. Frankf. 1604.
30. Festivitate mystiarum... Joh. Heunii. ib. 1604.
31. Nuptiarum honoribus... Joh. Musonii. ib. 1605.
32. Timaeus, Joh.: Σύμμαχος Πιερίου Νυφτίος... M. Holtshauseri.
Ligiz 1603.
33. Erytraeus, Joh.: Cento Virgilianus nuptis... Jac. Rindfleisch. Gorlic. 1604.
34. Papa, Fridr.: Victoria Christi resurgentis. ib. 1604.
35. Sacro nuptiali... Tonae Voit. Prag 1604.
36. Vota Encomiastica Joanni Crugerio. Frankf. 1605.
37. Falkenhain, Joh.: Αλκυονίς. Gorlic. 1604.
38. Crausius, Joh.: In obitum... Mariolae et Sigism. ... Petrovici...
Lachrimae. ib. 1604.
39. Crugerius, Pancr.: De... familijs Schuicheldia & Hoimia. Helmst. 1580.
40. " : Opt. artium studiosis S. D. Frankf. 1575.
41. " : Proge. Quo Juventutem ad... studia... hortabatur. ib. 1601.
42. " : D. Joachimo Garcaeo... Saganam... abeunti. ib. 1574.
43. " : Ad petendos honores Philos. ... invitat. ib. 1604.
44. " : Hermannus Dorne... In ord. Senator. ... cooptato S. ib. 1577.
45. " : Ad Christ. Guil^{um}... acclamatio. ib. 1604.
46. " : Memoriae Alph. Corneri. ib. 1574.
47. " : Thom. Fabricii. ib. 1574.
48. " : Math. a Logau. In Ligior. Metrop. 1573.
49. Petargus, Alph. & Crugerius, P.: Τάμπελα... Maat. Bencken-
dorfis. Francof. 1574.

606.
607.
608.
609.
610.
611.
612.
613.
614.
615.
616.
617.
618.
619.
620.
621.
622.
623.
624.
625.
626.
627.
628.
629.
630.
631.
632.
633.
634.
635.
636.
637.
638.
639.
640.
641.
642.
643.
644.
645.
646.
647.
648.
649.
650.
651.
652.
653.
654.
655.
656.
657.
658.
659.
660.
661.
662.
663.
664.
665.
666.
667.
668.
669.
670.
671.
672.
673.
674.
675.
676.
677.
678.
679.
680.
681.
682.
683.
684.
685.
686.
687.
688.
689.
690.
691.
692.
693.
694.
695.
696.
697.
698.
699.
700.
50. Gallus, Hieron.: Gratulatio... Christiano Wilhelmo;
March. Brandeb. ... Cum primas Germaniae ... inau-
guraretur. Francof. a. O. 1578.
51. Trygophorus, Caleb: Philos. candidatus S. P. ib. 1605.
52. Crugerius, Pancr.: Memoriae... Dav. Chytraci. ib. 1600.
53. Scholtz, Balth.: Ποτῆς ποτῆς ἐγανκῶν... Joanni
Volgenart Sponsor. ib. 1605.
54. De studijs ... Pancr. Crugerii... Testimonia. ib. 1604.



In obitum præmaturum
MARIOLÆ ET SIGIS-
MUNDVLI,

*Nobilissimi, nec non Prudentiâ, multoq̃
rerum usu excellentissimi Viri,*

DN.

MATTHIÆ BO-
BROVICII,

*S. CAES. Regiæq̃ Majestatis Tricesimæ apud
Caismarcenses Perceptoris fidelissimi liberorum dul-
cissimorum: suorum verò Amittinorum suavissi-
morum: alterius die 31. Julij, alterius
4. Augusti, Anno M. D. CIII.
piè denatorum*

Lachrimæ.

IOHANNIS CRAVSII LVBLOVIENSIS,
Scepusij: quibus obiter admixta est gratulatio ob Georgium
Bobrovicium eodem anno paulo
antè natum.

*Accesserunt aliorum quorundam Amicorum
παραγογία.*

GORLICII

Excusæ Typis Johannis Rhambæ.

M. DC. IV.

*Nobili nec non Doctissimo Juveni Dno Petro Bykupski
equiti Polono Dno amico & condiscipulo suo apprimè
colendo Johanne Crausio. Autor.*



AD NOBILISS.

Dn. MATTHIAM BOBROVICIVM

AB HAYNICK, &c.

filioli & filiolarum suavis. obitum stentem

πάραυτον δὴ λυδίη

QVOD tibi, Matthia, primo sub flore juventæ
Mors gemini sexus pignora bina tulit:
Nec tantum lacrymis indulge aut fletibus udis:
Ut non sit curis parta medela tuis.
Scilicet id factum est, Superum sic patre volente,
Qui solus meruit nomen habere Patris.
Num potis est odisse tuos? quos sanguine lotos
Unigenæ hæredum gaudet habere loco.
Nedubites, haud longa mora est: præmissa videbis
[Non amissa] polo pignora chara tibi.
Rapta sed ante diem luges? mala ferre negatur,
Et quid sunt ævi secula multa? dies.
Pensacula hoc etiam: mens quo divini or extat:
Ocyor hoc cœlis libera carne venit,
Expirat citius, quo fulsit clarior ignis:
In fumi vivit flamma nigrante sinu.
Lenius inde etiam disces hunc ferre dolorem:
Quod videas ipsis gaudia mista malis.
Ætherci Patris est bonitas: cum pignora bina
Pallefcunt: proles nascitur ecce tibi:
Iacturam quæ aliquâ tibi parte resarciat ægro:
Refficiatque domum, quæ ruitura foret.
Pro geminis, confide Patri, cui velle paternum est,
Præmissis cœlo, pignora multa dabit.

*M. Elias Cüchler P. C. Schola
Gorl. Collega fac,*



*Tempus erat, quo prima quies mortalibus agris
Incipit: & caelum densis obtexitur umbris:
Cum tacet omnis ager, pecudes, pi&ct&g, volucres.
En mea jam dulci laxaram membra quiete:
Et placide toto proflabam pectore somnum:
Tum subito in somnis, quorum vestigia seruo,*

*Pieridum una Soror, magno velut igne coruscans,
Visa mihi, forvosa labris, facieq, decora,
Virginis os habitumq, gerens, oculisq, nigellis
Blandita, & vultu ostendens & fronte dolorem:
Quae me sic pransum dictis compellat amicis.
Quin cessas placida componere membra quiete,
O Iuvenis: nec quam sint tristia tempora, curas:
Surge age, moxq, tuum strato iam corrippe corpus:
En tibi currus adest caeli demissus ab axe:
Insideas: summi fieri sic Rector olympi
Mandat: Ab illius nutu namq, omnia pendent.
O abrumpe moras: mecum & te crede quadrigis:
Vt videas rerum patrijs quid agatur in oris:
Ne lateat rerum in patria te flebilis ordo.*

*Sic ait: & teneris palmis me prandit, inaniq,
Imponit curru: & currus molitur habenas.
Quadrupedes subito fugiunt velocius Euro:
Per varias urbes, capita atq, per aspera montis:
Per densas sylvas, per prata, & rauca fluentia:
Per ventum donec tandem est: qua Carpathus ingens
Surgit ad aethereas sedes: & sydera fulcit:
Nix humeros in fusa tegit, sine fine, perennis.
Hic urbs Caesareo ducit de nomine nomen:
Urbs antiqua, potens, Popradi contermina ripis.
Huc ergo ut ventum est: biugis consistere iussis
Desilui curru: & Phaebi comitante ministra,*

Censeſtim gressus rapidos ad mœnia torſi.
 Iamq̄, edes cupio Patroni inuiſere charas :
 Ecce autem mœſtus gemitus tectum omne replebat :
 Fœmineisq̄, ululant lætè plangoribus ades.
 Quo ſonitu ſubito infandus tremor occupat artus :
 Mens horret : gelidus coit in præcordia ſanguis :
 Multa animo tacitus volvo : paulumq̄, reſiſto.
 Aſt quò contineo gressum magis : atq̄, reſiſto :
 Tanto plus mœſtis reſonant ululatibus ades.
 Ingredior tandem caſu turbatus acerbo.
 Vndiq̄, tum verò apparet triſtiſſima imago.
 AËgra trahunt etenim natus, nata atq̄, Patroni
 Corpora : uterq̄, parat mortalia ponere membra.
 Stat lacrymans Genitor, genitrix : mœrentq̄, ſorores :
 Multa gemunt : largosq̄, humectant flumine vultum.
 Filia tum ſubito ſic linguam atq̄, ora reſolvit :
 Suſpirans, imoq̄, trahens à pectore vocem.
 Cur me ſic luges ? mœſtaſq̄, expromere voces
 Non ceſſas, imo deducens pectore ſletus ?
 O genitor : lacrimas & pone, & pelle dolorem :
 Imperat hoc Genitor magni Rex magnus Olympi :
 Tempora ſic poſcunt, & inexorable fatum.
 Libera nimirum ut mortali corpore mundum,
 Vallem ærumnarum linquens, cœli aurea regna
 Ingrediar. Namq̄, hæc mœſtiſſima ſecula mundi
 Linq̄uo lubens : nec ſas fatiſ ſe opponere cuiquam :
 Linq̄uo lubens mundum, fretaq̄, Rectoris olympi
 Pollicitis : & ſpe vita melioris in aibrâ.
 Iam mihi Chriſtus ibi ſedemq̄, locumq̄, paravit.
 Ergò age nunc genitor cognataq̄, turba Valetè.
 Hæc ubi dicta dedit, ſolvit mox lumina letho.
 Aſt frater chara dum verba hæc aure Sororis
 Hauſerat : & noſſet quid tam pia verba valerent :
 O, inquit, genitor, ſociuſq̄, comesq̄, ſorori
 Ire paro, atq̄, unâ cœleſtes viſere ſedes :

Et me fata volunt carnis deponere molem.
Hanc linquo gaudens lucem: atq; miserrima vite
Tempora: flammæ feri ingrediens penetralia cæli.
Ne precor, o genitor, mihi nunc ea gaudia vite
Invidens: onerare tuo iam desine fletu

Me: qui mæroris mala gestio linqere regna.
Pro me nam Genitor, fons rerum & dulcis origo
Ecce aliam sobolem cælorum misit ab axe:
En charus mihi iam frater prodixit in auras:
Qui quondam virtute valens tibi spesq; decusq;
Dulce erit: auxilio & fessum te etate levabit.
Ne male grata tibi cadat hæc mutatio rerum.
Sis lætus: iam regna adeo stellantis olympi:
Iam me nunc niveâ turves in veste cornu
Aurea, plaudentes, inter cæli astra locabunt:
Eia Vale: & nobis concede hæc gaudia vite.
Hæc sic effatus crebro suspiria ducens
Heu fragilem vitam tennes dispergit in auras.

At genitor materq; simul charaq; Sorores
Ingentem gemitum tollunt: & pectora palmis
Tundunt: & tecta assiduis plangoribus implent.
Ergo adiens propius mærentia pectora dictis
Mulceo: & infandum studeo lenire dolorem:
Talibus & dictis mærens compello gementes.

O genitor, materq;, simul pia corda sorores,
Ponite iam luctum: lacrymas cohibete decoras:
Hæc etenim hæc summi est Iovæ divina voluntas.
O penitus precor hæc vestro cum corde putat:
E quibus arumnis quantoq; ex turbine sortis
Hi sint erepti: o acri perpendite cura:
Gaudia qua veniant illis, qui sede fruuntur
Ætherea; obliiti vani ludibria mundi,
Ignari adverse sortis, iam pace fruuntur:
Dulciloquisq; canunt linguis Paana Iehovæ:

Hac erat hac verè Iovæ divina voluntas.
Non igitur quæso ulterius iam protrahere luctum.
Namq; vetare potest fatisq; resistere nemo:
Omnes indomita rapit inclementia mortis:
Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.
Eia precor gaude: cohibe suspiria, lætus,
Contigerit talis quod eis mutatio vitæ.
Iam parta est illis requies & vita perennis:
Amplius haud metuunt horrentia fulmina sortis:
Aut quodcumq; malum stygius mundo objicit hostis,
Ecce loco horum aliam sobolem tibi reddidit ille:
Qui regit astra, Potens hominum Servator & Autor.
Hos etiam tibi, cum mundi textura ruinam
Pulchra trahet, viventiq; iterum tellure reposti,
Restituet: solves etiam cum lumina letho,
Convenies illos: aterna & pace fruëris.
Illi relictâ tantâ dulcedine vitæ
Non rursus tua tectâ petent, unquamq; redibunt.
Ergo age iam lacrymas omnes, luctumq; reponere:
Hoc etenim mandat summi Moderator olympi:
Meq; tibi Aonidum misit comitante sorore:
Vt tibi iam durum pellam de corde dolorem.
Iamq; vale: & posthac melioribus utere fatis:
Me iam fata meas cogunt invisere sedes.
Hæc sic effatus refero extra mania gressum:
Atq; Dea inssu currum conscendo volucrem.
Fertur equis currusq; volans dat lora secundo:
Iamq; levis currus volat illicet ocyor Euro:
Gorlicys donec tandem celer astitit oris.
Descendo & mæstus visas res carmine signo.
Nubibus astitit Dea se obducens secessit in auras.
O pietate gravis: virtute insignis avita:
Vir, multum Venerande mihi: nimumq; colende:
Suscipito hunc sætum ingenij, tenerumq; Poëma:
Et precor exigua ingentis solatia luctus

Respicias

*Respicias placidus: durâ nec resse mente:
Ne tibi displiceat durum, atq; ignobile carmen.
Cum divina mihi fuerit magis equa Poësis:
Carmina maiori studio contexta dicabo.
Interea incomptum carmen læta accipe fronte,
Primitias operum nostrum, viridisq; iuventa.
Iamq; vale: iam vive diu: sint fata secunda.*

F I N I S.

AD NOBILISSIMVM DN. MATTHIAM
BOBROWICIVM AB HAYNIK, &c.

à S. Cæs. Regiâq; Majestate Tricesimis apud Caismarcensc;
Præfectum, Mæcenatē Reipub. Literariæ colendissimum,
præmaturum dulcissimorum liberorum
ludentem obitum

παράμυθον.

*à Studiosis quibusdam grati animi declarandi
caussa apposita.*

Venerat intonsis Elegëia mœsta capillis
Ad nostrum nuper nocte silente torum:
Nec mora: cùm tristes effundens corde querellas,
Lugubri tales edidit ore sonos:
Tu nunc securus somno das membra: nihilq;
Curas: qui valeat, quidve Patronus agat.
Surge, jacet tristi pressus mœrore: gemellam
Prolem illi oppressit funere Parca fetox,
Surge, diem citus hanc nigro carbone notato:
Et tristi pulsa pectine triste melos.
Dixerat. at nobis genua intremuere timore:
Nullus & in trepido corpore sanguis erat.
Iamq; pio cineri tædas sacrare parabam:
Iam querulâ mœstum plangere voce melos:
Cùm subito supero melior Dea venit ab axe:
Venit, & inuisas ussit in ignefaces:
Ad me tum tristem roseo sic ore locuta est:
Solve metus: Stygiô tristitia mitte lupo,

Δ 4

Cantus

Cantet honorificos Cantet tua fistula versus:
 Latetur domui gaudia parta pie.
 Dī mala mutarunt in lætos omnia plausus:
 Fautori Soboles mascula nata tuo est.
 Sic Pater omnipotens lætis tristissima miscet:
 Felleq; sic tristi dulcia mella tegit.
 Sed bene habet: tenera hæc [Sigmundulus atq; Maria]
 Lilia non prorsus frigore adusta jacent.
 Nam meliore sui parte in cœlestibus arvis
 In sita, perpetui tempora veris agunt.
 Sic jacuisse juvat: flores fert terra caducos:
 Astra sed æterni dona vigoris habent.
 Ergo illis gratare polum: gratare Patrono
 Sidereâ cœli pignus ab arce datum:
 Tempora quò videat matura læta senectæ:
 Et patrio properet splendida ad astra gradu.
 Lætitia hæud quicquam cumulat mage corda parentum:
 Gaudia nec senio dat meliora gravi:
 Quam pia si Soboles, si talis ab axe propago
 Detur: quæ patrium nomen ad astra ferat.
 Quæq; suæ gentis magnos imitata labores,
 Exuperet patriæ, signa, decusq; domus,
 Sic Pater è natis instar Phœnicis ab umbris
 Prodit: & æternæ munera lucis habet.
 Adde, quòd ante obitum, supremæq; fata, beati
 Divinum meruit nomen habere viri.
 Talibus illa modis vultu rutilante canebat:
 Tales mitto tibi, Vir Generose, modos.
 Iova diu salvis dulci cum conjuge natis,
 Te servet, Clarij summe Patrone, chori.

Ioannes Filiczkius Farkas salvanus f.
 Pragæ VI. id. IXbr. M. DC. III. an.

ALIVD.

TErrigentim quisquis fatagis cognoscere vitam:
 Et varios casus, ac tot discrimina rerum
 Discere: gemmantès viridanti in gramine flores
 Lustræ oculis: magno tellus quos scœnore fundit:

Illam

Illam ubi vernus equis Titan afflavit anhelis.

Vitam etenim humanam quævis tibi plantula pingit:
Et jubet extremam rerum sub pectore metam
Volvere: quidq̄ ferat fors, & qui casus agat res,
Indagare acri studio: & non temnere lethum.

Nam veluti flores, Phœbi quando ignea Lampas
Punicis in vecta rotis procurrit Eoo,

Prorumpunt udâ tellure: & lucis in oras
Purpureo ascendunt vultu: lateq̄ nitore
Fragrantes decorant hortos, camposq̄ virentes:

Et procul ambrosium spargunt per gramina odorem,

Præsertim Austrino surgens quum Phœbus ab axe
Regressu rapido gaudet conscendere Tauri
Cornua: cum gelidus canis jam montibus humor

Liquitur: & Zephyro putris se gleba resolvit:

Sic homo, dum pulcrum vernat florentibus annis:
Dum formâ insignis, primævo & flore juventę:

Lætitia exultat: pertentant gaudia pectus

Crebra: nec in curas animus diducitur æger:

At vacuus curâ, & mœrore solutus edaci,

Invigilat ludis: ac vitæ gaudia quærit.

Præsertim si illi longam fortuna salutem

Spondeat: ac faveat vultuq̄ & fronte serena.

Ast uti, virgineo demessi pollice, flores,

Seu mollis violæ, seu languentis hyacinthi,

Fulgorem amittunt subito: &, quia maxima mater

Iam non nutrit eos, tellus, viresq̄ ministrat,

Marcescunt: languent: tum pristina forma recedit:

Tum nitor in ventos abit: & Phœbi igneus ardor,

Orbem dum cœli medium tenet, excoquit omnem

Humorem: succumq̄ adimit, minuitq̄ vigorem:

Donec tandem arent, & in aëra disperguntur:

Sic mortalis homo, peccati mole gravatus,

Sit licet egregius formâ viridiq̄ juventâ:

Quum tamen horrificum perferent pectore telum

Terribilis Lethi, & falcem corde accipit atram:

Concidit ætatum: languescit: membraq̄ sævo

Morbo enervantur: donec vigor omnis in auras

Tandem cyanescat: tum lurida Mortis imago

Circumsufa ruit tenebris, atq; omnia carpit.

Et sic paulatim exolvens se corpore vita

In ventos abit. At corpus tellure repōstum

Putrescit sensim: in cineremq; resolvitur atrum.

Vivida non Virtus, non mēbra decora juventæ

Sustentare valent rabiem, atq; horrentia tela

Mortis inexpletæ: non auri multa talenta

Quenquam hominum sævo possunt defendere ab ictu.

STAT SUA CŪ I Q U E D I E S: breve, & irreparabile tempus

Omnibus est vitæ: nec fas transcurrere metam.

Ergò adverte animum, placidaq; hæc accipiente,

O præstans animi, & nulli virtute secunde,

Vir generose: tuas aures ambire dolentes

Audeat affatu mea Musa: & demere dictis

Infandum luctum: ne me aversere loquentem:

Sit mihi fas animo conceptas promere voces.

Ipse Poli R E C T O R, Superum P A T E R, atq; hominum R E X,

Cui mare, cui tellus, cœli cui regia patet,

Protinus à prima labentis origine mundi

Sic statuit: semperq; erat hæc divina Voluntas:

Vt quò quis pietate prior, quò justior esset,

Hoc inimica virum fortuna impenitus actum

In casus raperet varios: gravibusq; periculis

Mergeret, insultans, & crebro fulminet terrens.

Ergò age, sis patiens, Nam sic Rex Ætheris alti

Teq; tuamq; fidem probat: Hic sperare salutem

Spem contra jubet: & soli sibi fidere mandat

Rebus in ambiguis, dum non spes ulla Salutis:

Dum fors favit atrox: intentantq; omnia mortem.

Suevit enim afflictis solatia jungere rebus

Optimus ille Pater, cui sunt mortalia curæ.

Parce igitur lacrumis: concussaq; peccora luctu

Erige: nec nimium mentem submitte dolori:

Speretice attonitos animos: nova gaudia mente

Concipe. Sic etenim fortitur fata Deum R E X:

Hæc erat illius magna, & veneranda Voluntas:

Vt tua nata, simul gnatus [duo dulcia chari

Pignora conjugij: quæ vix fallacia terris

Fata ostendebant: dum vix hæc lumina vitæ
Atti gerant, morte hæc pereunt in flore iuventutæ !]
Ceucrocei, curvo succifi vomere, flores
Oppeterent, Mortis demefsi falce voraci.

Nectamen ut flores vitam effuſdère ſub auras:
Et penitus periére: manet pars magna ſuperſtes:
Mens, addicta Viæ Vitæ, mens dedita Chriſto:
Quæ tenet exultans gemmata Sedilia Cœli:
Perpetuoq; DEI fruitur ſermone, perenniq;
Aſpectu: & Chriſti, cujus ſacra vulnera luſtrat,
Fota ſinu, Rerum DOMINO gratiſſima fundit
Carmina: & uſq; canit TRIADIS VENERABILE NVMEN.

Tunè igitur tanto turbatus peſtora luctu,
Obliquâ invidiâ audebis ſignare tuorum
Gaudia natorum? nec eis tam fulgida Cœli
Atria ſtellantis, tamq; aurea regna favebis?
O cohibe invidiam: teq; omni exolve dolore:
En jam Cœlicolùm Reſtor, qui ſidera torquet,
Egregiam ſobolem his, quos caſſos lumine luges,
Sufficit: jam prole novâ tibi gaudia nuper
Rapta refert. [ô quæ hæc Bonitas, memoranda, TONANTIS!]

Inſuper hos etiam, quos inclementia Mortis
Abſtulit ante annos, & funere merſit acerbo,
Reſtituet tibi: cùm perfecto temporis orbe
Ollis ſomnum ingens rumpet fragor: oſſaq; & artus
Sopiti aërias emergent rurfus in auras.
Actum te cum illis fulgenti ſiſter Olympo:
Aeterna accipias ut ibi ſolatia Vita.

Eja age, ſis lætus: niveis inveſta quadrigis
Jam Lux illa aderit: jam ſelibrabit ab axe
Flammea Gens Cœli, flores luce Phalanges:
Clasiſicâ quæ diverſa fremunt ex æthere ſummo:
Quadruplicemq; dabunt cantum procul arc canoro:
Nos & in occurſum Reſidentis in Iridis arcu
Rapti, Sidream in Sedem ducemur oyantes.

Diſtichon

DISTICHON CHRONOLOGICVM, ANNUM,
Menſem, & Diem utriuſq; obitus præſentans.

Ceſit Idò hInCtVa nata, Vbi LVX IVLI VltIMA LVXI:
FILIVS, AVGVSTI Vt qVarta reLVXI, obit.

*Ioannes Erythraus, Libicensis, Scepſus, Iunior,
ex animo condolens. Gorlicl Id. Xbr. Anni
DIscItò benè MorI.*

ALIVD.

QVod varijs hominum ſit vita expòſta procellis :

Quod mixta latis triſtia :

Quod repetat, modo qua dederat D E U S, Arbiter ævī :

Vt fert voluntas Numinis :

Quod charos thalami fœtus, & pignora lecti,

Donet parentibus pijs :

Illaq; vel primis, vel adhuc creſcentibus annis,

Ex orbe perverso vocet :

Id tu, vir prudens, generoſo ſanguine nate,

Expertus es cum conjuge.

Dum tibi, permittente D E O, mors ſuſtulit atra

Cùm filiam, tum filium.

Vidimus haud oculis : noſtras ſed venit ad aures

Huc ſama luctu de tuo.

Nos igitur tecum meritò, generoſe Patrone,

Toto dolemus pectore.

Atq; illis requiem, poſt cœli regna precamur,

A morte cum ſurrexerint.

Siſte ergò lachrymas : atq; æquo pectore fertò :

Dedit D E U S quod abſtulit :

Abſtulit : at natum pro erepto reddidit unum :


Et filiam reddat precor.


Annue ſancta Trias : longos & vivat in annos

Cum patre nobilis puer.

Iohannes Minor Caiſmarceniſis.

F I N I S.





2

Memo - u School Progress


SBB




N12<128572719010

31

L



2



**Staatsbibliothek
zu Berlin**
Preußischer Kulturbesitz

Musik- u. Schul Progn.

L

SBB

N12<128572719010

31